

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor  
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam  
abunde suppeditant

**Besse, Pierre de  
Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria 5. post Dom. 2. Aduentus. Omnes omnino homines in iudicio  
comparituros supra vallem Iosaphat in aëte, etia[m] paruulos sine  
baptismo mortuos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56226)

## FERIA QVINTA.

DE IIS QVI EXTREMI IUDICII  
die iudicandi erunt.

## Partitio.

- I. De iudicio gladio Christi.
- II. De comparatione omnium ac separatione.
- III. De resurrectione omnium.
- IV. De disparitate resurgentium.
- V. De loco iudiciali.
- VI. An & parvuli non baptizati comparebunt.

Memorare nouissima tua, & præsertim iudicium, atq; proponet tibi ob oculos qui in eodem iudicandi erunt, & in æternum non peccabis. Eccles. 7.

## FIGURA.

Exod. 19. **V**iuum illud oraculum Iudaicæ Synagogæ Moyses, cum Israëlitæ, qui lexcentoram millium numerum complebant, ex viuenda Ægypto collectos educeret, omnes in desertum Sinai deduxit, ut illic legem, quæ magno cum fragore tempestatibus & tubatum sonitu promulgabatur, acciperet. Idem omnino in suprema illa die eventurum est; Christus enim, prudens ille totius viuendi legislator, omnes homines, tam qui à multis saeculis defuncti in tumulis iacent, quam qui tunc moriuntur, in unum collectos, in vallem Iosaphat ducet, ut in ea non legem aliquam, sed horribilem sententiam, quæ cum tonitu, fragoribus & procellis feretur, accipiant. Sententiam, inquam, illam generalem, ac terribile decretum, quod tam in eos qui ante nos vixere, vel nobiscum modo viuunt, quam eos qui sequentibus saeculis usque ad mundi consummationem futuri sunt, pronuntiabitur. Illic scilicet omnes totius orbis status congregabuntur: de quo conuentu hodie vobis pluribus loquar. Porro, ut omnia pro dignitate reique amplitudine peragantur, omnia ad iudicis huius gloriam, iudicandorumque consolationem

redundent, more solito ad sancti Spiritus open velut ad asylum confugiamus, simulque Deiparæ auxilium efflagitemus: ille nos conducat, hæc deducat & dirigat; ideoque supplices salutationem illi Angelicam recitemus:

## AVE MARIA.

Nullum vñquam prudentius & simul seuerius sapientissimus ille regum Salomon iudicium tulit eo, quod in Regum libris scriptum legimus: quando nimirum duabus coram eo de prole mortua disceptantibus mulieribus, sublimi è folio duodecim leonibus fulto, puerum de quo quæstio instituta erat, quo vtraque sibi satisfactum arbitraretur, medium gladio dissecandum, & cuique partem, ad tollendam controversiæ, ex æquo dandam prouuntiauit, hocce iudicium alterius cuiusdam longe horribilioris, quod Salomon noster IESVS CHRISTVS instituerat, typus sitac figuræ. Quando nimirum ipse in throno maiestatis condens, Angelis & Archangelis circumquaque stipatus, disceptantibus coram ipso duabus matronis, extremo dolore affectis, Ecclesia nimirum militante & triumphante, idque de gloriæ & beatitudinis prole, furoris gladium exeret, ut vtrique ex æquo iustitiam administret. Ita id ipsum prædixit Psalmographus: Gladium suum vibravit, arcum suum Psal. 7. retendit. Et Ezechiel: Egridetur gladius meus Ezech. 21. de vagina sua ad omnem carnem ab Austror. usq; ad Aquilonem. Item Iob: Fugie ergo à facie Iob. 19. gladij, quoniam ulti iniquitatum gladius est, quem gladium cum Dauid in spiritu videlicet, in genua prouolutus Dominum orat, quo ab hoc mucrone eripi possit, Degladio mali- gno eripemus.

Mystice hæc omnia in reuelationibus Apoc. 1. suis vidit Ioannes, quando admirabilem quandam hominem vidit, cuius ex ore gladius anceps egrediebatur; per quem iudicis nostri furorem vere putem designari: cuius nimirum vox adeo horrenda futura sit, ut instar acutissimi gladij animas simul & corpora transfodiat & diffundat. Atque hinc Propheta regius iudicem hunc

R 2 orans,

## C O N C I O Q V I N T A

132

**Psal. 44.** orans, vt iudicij sui diem matureret, atque impia iustitiam faciat, eum, vt lateri gladium accingat, hortatur, Accingere gladio tuo super femur tuum potest: *sime;* in quo iudicio cum eosdem euertendos & perdendos præfigaret, ait: *Tradentur in manus gladij.* Quidquid demum sit, de inimicis suis Deus vindictam sumet, omnesque gladio exterminatore usque ad internectionem delebit.

**Gen. 3.**

Cum Deus Adamum eiusque coniugem, quod diuinam peccando maiestatem offendissent, iudicare constitueret, ac tristem mortis in eos ferre sententiam, quæ ad omnes etiam posteros longa serie subsequentes se extenderet, Cherubinum quendam flammanti armatum rhomphæ ante Paradisi introitum, qui eundem custodiret, collocavit. Hic nobis ad oculum demonstratur, ultimi iudicij tempore, quando nimis omnes ad mortem condemnaverunt, appariturum, non quidem Cherubinum, sed ipsum Deum, idque in valle Iosaphat iustitiae rhomphæ accinctum. Notandum vero est, gladium hunc anticipitem fore & utrumque acutum, vt hinc evidens fiat, non corpora tunc solum, sed animas etiam condemnandas, viuos inde non fecus ac mortuos diudiendos, & omni hunc ex parte vulnera infligendum.

**Gen. 7.**

Hic autem iustitiae mucro, quamdiu hic viuimus, nonnisi vna ex parte scindit, corpus quidem dumtaxat in hac vita, in altera vero animas castigans: sed in iudicij die anceps erit, corpora simul & animas in infernum præcipitans. Adhæc idem hic iam inde à mundi exordio adeo obtusus fuit, vt non nisi vna ex parte secare potuerit: & quamuis ingentes plagas fecerit, numquam tamen quæ secunda erant, penitus valuerit rescindere. Magnam quidem incisuram fecit dilunij tempore, quando omnes præter octo intererunt: at uniussum hominum genus excindere non valuit, octo animabus in ruinæ reparationem relictis. Ægyptiorum quidem plurimos intererunt, sed solos primogenitos. In excidio Ierichuntino omnes quidem domos

**Exod. 12.**

euerit & destruxit, at vna Raab meretricis *Ios. 6.* impune habuit. Quam crudeliter deinde in Sodomorum Gomorrhæorumque territo- *Gen. 19.* rio saeuit, adeo vt in ipsos etiam lapides animaduerterit: Familiam tamen Loth nunquam potuit excindere. At post vitam hanc, utrumque erit acutissimus, omnia que descendet & perdet. Figuras depromamus.

Voluit olim Dominus, Iosuam Amale-*Exod. 17.* citis bellum inferre, victo iamque luculentam pugnaati concessit, eosdem tamen penitus excindi noluit, nec stirpiter deleri: sed quadringentis post annis, Hebraeorum iam regno stabilito, inque meliorem ordinem redacto, Sauli præcepit, vt Amalec dereret, penitusque extirparet, vt ne ipsi quidem parceret animalibus: *percuti Amalec, & demolire universi eius, omniaque interficie à viro usque ad mulierem, parvulum & latenter.* Hic docemur, Deum sæpe quidem in hac vita de nobis triumphum agere, deque virtutis nostris victoriam referre, at penitus nolle perdere: sed vbi regnum Israël semel stabilitum fuerit, id est, vbi electorum regno cœlesti inserendum numerus completus, atque impiorum iniquitas ad summum iam venierit; omnia deturum, & ad ipsa usque animalia vastaturum.

Saul cum armis grauatus innocuum *1. Reg. 14.* uidem ad necem infectaretur, eique insidiæ strueret; David semper ab eo fugit, & eius rabiem declinavit; dumque eum comode in spelunca occidere potuisset, supersedit, laciniam chlamydis præscidisse contentus. At cum Saul nihilominus in nefaria conspiratione machinationeque impia progrederetur: in montibus Gelboe vna cum *1. Reg. 15.* filiis à Philisthiis fusus fugatusque inglorius occubuit. Idem proflus hic agit Deus. Nam interea dum eum velut impij quidam Saules in hac vita, omnibus peccatis armati persequimur: nos ille quodammodo fugit, & abscondit se; & licet omni nos momento & nullo non loco, ad inferos posset derrudere, supersedet tamen, laciniam aliquam de clamydibus nostris, afflictionem temporalem immittendo, resuscuisse contentus.

tentus. At ubi nos in peccatis nihilominus inualescere, inque via iniquitatis progredivis: ad alterius nos vitæ montes & in vallem Iosaphat, quæ sunt velut montes Gelboe, quos nec ros nec imber misericordia irrigat, educens, in manus Philistæorum internalium, cuncto vanitatum nostrarum exercitu fuso fugatoque, nobisque & peccatis nostris, quæ infelix animæ abortus sunt, morti æternæ adiudicatis, traderet. Ad eo ut dicendum sit, omnes omnino homines in altero mundo & in horribili iudicij die, hoc gladio interficiendos, & mox resurrectos, ut coram iudice hoc comparent, plenam operum suorum mercedem receperunt. Tantus porro hic horror & desolatio erit, ut si vel semel eandem in mentem reuocaremus ab omni prorsus delicto vitam immunem traduceremus: *Memorare nouissinata, & in eternum non peccabis,* ait Sapiens: hac de re hodiernam concionem contexam, quæ duabus constabit partibus; prima de iis ager, qui in cruento hoc die iudicandi erunt, altera vero demonstrabit, quo habitu & schemate resurrecturi sint, qui illuc venient: in quo si benignas mihi aures præbueritis, non mediocrem me vobis utilitatem & voluptatem allaturum confido.

*Iudicio* Principio igitur dicendum est, in supremo illo iudicij die, omnes omnino homines, qui superioribus seculis fuere, aut modo etiam viuunt, vel ad mundi consummationem usque futuri sunt; vnum in locum congregandos: tam eos qui duebus annorum millibus in lege naturæ vixerent, quam qui totidem annis in Mosaica & simul eos qui sub legi Euangelica vixerint & vixerint sint. Hic omnem suam posteritatem Adam conspiciet, hic omnes filios agnosceret Eua, posteros suos Nœ, semen suum Abraham, & filiorum successionem, Jacob in duodecim dispergitam tribus. ò numerosam congregationem!

II. Illic comparebunt omnes qui Asiam incoluerunt, omnes qui sub torrida Africæ plaga commorati sunt, omnes quos diues Europa produxit, omnes denique quos ut suos America agnoscit. Illuc rationem reddituri

venient ex Oriente, & Occidente, ex Septentrione & Meridie, ipsi etiam Antipodes integro à ceteris discreti orbe. Ita namque id docet Euangelista: *Congregabuntur ante eum Matth. 25.* omnes gentes; tam que Arcticum, quam quæ Antarcticum polum respiciunt, & quæ ultra fretum Gaditanum & Herculis columnas sunt posita. Omnes gentes. Hic aderit Æthiops vicino perustus sole, & Indus orto iubare anhelantibusque etiamnum equis afflatus: hic aderit Scytha & Sarmata Arctoo frigore excoetus, & quicunque sub occiduo cœli axe cadentem solem cōspiciunt. Omnes gentes. Gallus nimurum inconstans & varius, Hispanus furvus, Italus duplex & iram fouens, fastuosus Britannus, mobilis Belga, dissolutus Germanus, ac denique perfidus Tartarus. Omnes gentes. Christiani, inquam, pii; Iudæi superstitiosis cærimonii dediti, Protestantes sectarij & hæretici, Græci schismatici, Turcæ Mahometis cultores, & Ethnici omnes idolis immolantes. ò ecquænam illa iurisdictio! quam late patens districetus! Paulus Apostolus, quem schola cœlestis, teste Eusebio Cesariensi, erudituit, *Lib. 3. c. 4.* hoc confirmat: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque 2. Cor. 5. quo prout gessit in corpore suo, sive bonum sive malum; id est, Quamprimum ut buccina signum dederit, cœlires omnes cœlo, dæmones inferno, purgandi omnes purgatorio, mortui denique sepulchris egredientur:* nam

*Tuba mirum spargens sonum.*

*Per sepulchra regionum,*

*Coget omnes ante thronum.*

ò terrible tuba signum! at terribilis multo est, quod Apostolus ait, manifestari, quo ostendit, omnia tunc peccata & secreta cordium aperta & parentia fore. Neque enim tunc assimi poterunt sibi folia ad peccati turpitudinem velandam, non erunt tum camelii portatitij, quibus idola Laban auchantur. *Gen. 31.* Sed tunc per parietem mortalibus templi latentes introsum abominationes, toti orbi patetebunt, & cordis adytæ tunc cuius aperta erunt. *Ezech. 8.*

Tunc omnes simul Patriarchas uno in loco videlicet, illic Prophetarum laudabilis

134  
dabilis numerus, illic gloriōsus Apostolorum chorus, illic candidatus Martyrum exercitus, illic candidata Virginum agmina, & vniuersa Angelorum militia comparebunt. Tres item illæ Hierarchiæ coelestes, in tres legiones subdivisiæ, atque unaquæque legio in varias turmas, manipulos, atque innumeris spiritus distincta. Nam, teste Prophetæ,

*Iob. 25.**Dan. 7.**Exod. 14.*

*non est numerus milium eum: quorum non nisi per millia & myriades Daniel numerum subducit, Millia milium ministabant ei, & decies centena millia assistebant ei.*

Tunc erit, Auditores, exitus ille de Ægypto, quando nimis corpora illa terræ visceribus egredientia, quæ tanto iam tempore in sepulchris gemuere, pelle & carne propria circumdata, iterumque redanimata, & rubrūm diuinorū iudiciorū mare tranare parata, partim quidem vndarum vorticibus abripiuntur, improborum scilicet, partim vero portum & fidam statuēn attinget, id est, iustorum & electorum.

Tunc quoque parabolæ illæ Euangelicæ finem accipiant & complebuntur, & imprimis illa de decem virginibus. Nam statim

*Matt. 25.* vt tuba insonuerit, iudiciumque indicium fuerit, virgines illæ, tam faciæ quam prudentes, peccatores nempe & electi corpora sua, quæ per lampades designantur resument, & simul oleum, id est, bona opera: atque ita obuiam spuso, qui tunc instar Iudicis erit, procedent. Sed stolidæ illæ virgines, peccatrices scilicet animæ, occlusam inuenient ianuam, (ianuam misericordiæ gratiæque aditum intelligo,) nihil enim tunc amplius promere poterunt, & inutilis omnis erit pœnitentia. Virgines autem prudentes, id est, iusti recta ad æternæ beatitudinis nuptias cum spuso epulaturæ transibunt. Atque ita hanc parabolam interpretatur Sanctus Hilarius. Transeamus ad alteram.

Tunc quoque tempus messis vniuersalis adueniet; tunc mundi huius ager, bona semenza iustorum & peccatiūm zizaniis confitūs, falcem patietur: operatij namque, id est, Angeli, zizania primum euellent, id est, peccatores, eaque in fasciculos colligata

flamnis perpetuis tradent: bonum autem virtutum semen, quod in iustorum animis excrevit, in cœlum, id est, in æternæ beatitudinis horreum congregabitur. Ecce tertiam.

Tunc erit etiam aduentus illius patria-milias, qui secessit in regionem Iōginquam, idq; ipso ascensionis suæ die: in qua iam mil- *Matt. 14.*  
*Matth. 28.*  
*Matth. 28.*

le sexcentis propemodum annis hæsit. Inter ea vero nos hic velut seruos reliquit, omniumque nobis rerum & bonorum suorum, talentorum, inquam, crucis, mortis, passionis, gratiarum, omniumque meritorum administrationem conceredidit. At vbi reuersus fuit, id est, ad iudicium venerit, exactam de omnibus ab unoquoq; ratione depositet, adeo ut qui interea plurimum lucifecerint: magis honoribus & divitiis cumulandi sint: qui vero negligentes & inerter pecunias & talentum concretum absconderint, in tenebras exteriores præcipitandi. Tunc namque diligentibus & sedulis dicetur: *Euge, si. Ibid.*  
*Matth. 28.*  
*Euge bone & fidelis, quia in paucis fuisse fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium De-mini tui. Deinertibus vero & ignauis. Ego ite Matth. 28.*  
*in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor lamen-tum.*

Tunc denique bonus ille Pastor, qui olim de se testatus est, *Ego sum pastor bonus,* circa mudi vesperam, oves ab hædis lequestrabit, hos à sinistris, illos vero à dextris constituens: id est, peccatores in æternam damnationem præcipites agit, iustos vero æterne beatitudinis compotes facit. Haec enim parabolas, iam figuræ aliquot depromam-

mos. Moyses Hebraicum populum distin-*Deut. 32.*  
*Deut. 32.*  
*Figura-*  
*ut, eos nimis quorum patres è libris &*  
*honestis matronis nati erant, quales erant*  
*Lia, Rachel, &c. vt illic diuinam benedi-*  
*cionem perciperent: alias sex in monte*  
*Hebal confistere voluit, vt ibi maledictis &*  
*diris devouerentur, quarum maiores liber-*  
*tini erant, & ancillis nati. Id ipsum facturus*  
*est Moyses noster Christus: omnes nam-*  
*que mundi nationes in valle Iosaphat, quæ*  
*haud procul à monte Oliueti sita est con-*  
*gregabit, & tunc sex tribus à dextris consti-*  
*tuet,*

*Matth. 25.* tueret, Angelos videlicet, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres & Virgines, qui omnes illustri & nobili stirpe prodierunt, ut coelestem illuc benedictionem percipient, *Venite benedicti Patri mei: sex vero a sinistris: diabolos scilicet, ethnicos, Hereticos, Iudeos, nefarios Christianos, & infantes sine baptismo regenerationis mortuos; plebeias inquam & sordidas animas, mera peccati mancipia, & in triuio nata, ut in aeternum condemnentur. Ita maledicti in ignem aeternum.*

*Matth. 25.* bam in Chaldaea abduxit, ut illic vincula *Dan. i.* sustinerent & in mancipatione venundarentur. Ita quoque Deus, totius orbis princeps, intristi magnæ huius civitatis mundi scilicet, excidio, formosas electorum animas, in quibus nulla sit peccati contagio, sibi assumer; quo in palatio semper deseruant, & diuinitatis sua maiestatisque beatitudine fruan- tur: reliquos autem in captiuitatem abducet, & carceribus Sathanis, id est, aeternis, mancipabit. E quibus omnibus efficitur, omnes omnino defunctos sepulchris egressu- ros, & omnes mundi nationes ante cum ap- parituras.

*Matth. 25.* Legimus in Iosue, cum Leuitæ populum benedicere aut maledicere cuperent, omnem multitudinem circa arcam Domini in duas partes diuisam, & partem hinc, & partem illinc stetisse: *Omnis autem populus & omnes maiores natu ducesque ac indices stabant ex utraque parte arca, media pars eorum iuxta montem Gariz in & media iuxta montem Hebal. Post haec legit omnia verba benedictionis, & maledictionis & cuncti que scripta fuerant in lego volumine. Docemur hic, mox, ut summus Iudex in die iudicii maledictiones vel benedi- ciones prouantiauerit, omnes mundi ho- mines in duas partes, in conspectu summi il- lius Præsidis, qui vera Arca fœderis est, diui- sum iri, his ab una, illis vero ab altera confi- stentibus. Ecce & alias.*

*Matth. 25.* In ipso rerum primordio diuisit Deus lu- cem à tenebris. Ait Augustinus, hoc etiam de iudicio intelligi posse, quo angelos prauos à bonis, conuumes & prauaricatores à morigeris seiuinxit. Evidem post tantum do- ctem aliquaque Patres sanctitate & doctrina illustres, putem hic etiam oblique extre- mum iudicium designari, quo Deus electos, qui sèpius filii lucis appellantur, ab improbo- rum collunie, qui tenebrarum filii sunt, ali- quando separaturus est.

Nabuchodonosor potens ille Chaldae- ram rex, elegit sibi in excidio Ierosolymita- no, ex omni adolescentum numero, iuuenes pulcherrimos, in quibus nulla esset macula & moribus excultissimos, ut regi deinde à mensa, à cubiculo & poculis essent, & quoti- dic coram eo apparerent: reliquam vero tur-

*III.*  
O infinita & immensa virtus! Quid: fie- rine potest aut credi, corpora illa, quæ iam à quatuor aut quinque annorum millibus in cineres & putredinem redacta sunt, iterum victura, locutura, ambulatura? corpora in- quam, quæ vorticib. marinis absorpta sunt, ubi à piscib. devorata, qui deinde ab homi- nib. homines vero à bestiis consumpti sunt, q̄ deinde in putredinem conuersæ: Quid ni? quæ enim tu, o humana curiositas, fieri non posse puras potentiae diuinæ facillima sunt. Et sane multo facilius est, putre corpus in pristinum statum reformare, quam nouum aliquod ex nihilo, nulla parata materia con- dere. Hinc David, *Custodit Dominus omnia Psal. 33<sup>7</sup>.* ossa eorum, unum ex his non conteretur, nec a- mittetur.

Creator ipse Ezechieli Prophetæ hoc ad oculum demonstrauit; duxit enim illum in campum mortuorum ossibus oppletum; & ait, *Putasne viuens ossa ista: & ut dictum fa- etum est, ecce accesserunt ossa ad ossa, unum- quodque ad iuncturam suam & vidi, & ecce su- per eam erunt & carnes asconderunt, & extenta eis- cuius in eis desuper: & ingressus est in ea spiritus & vixerunt, steteruntque super pedes suos exerci- tus grandissimus valde. Dic veritatem Pro- pheta, at non & nos hinc erudimur, & post nos, vniuersa hominum posteritas, omnes illos mortuos qui modo in cæmiteriis sepulti iacent, in magno iudicii die, resuscitando, pelle & carnis vestiendo, ac rursum ani- mandos: & quidem sine vlla exceptione; omnes enim iterum solis lumen intuebuntur re- diuuius:*

Zen. 2.

diuini : Ad imitationem scilicet Ionæ Prophetæ, hic namque cum triduo in ceti alio captiuus fuisset, sospes & incolumis est egressus, eque duplice custodia ventris & Oceani, liberatus. Mundushic, Auditores, vt hoc proposito nostro adaptemus, turbulenta quidam Oceanus est, terra Cetus : eius autem vtero & visceribus infiniti. Ionæ, id est, mortuorum corpora, salui & integri probabunt, in alterius vitæ littus eieci, vt æternæ beatitudinis portum intrent, vel ad scopulos allisi æternæ damnationis naufragium incurant.

Dan.14.  
Dan.3.

Daniel in lacum leonum coniectus, viu-  
cior & vegetior exiuit, quam intrauerat.  
Tres illi Hebreorum pueri in fornacem Ba-  
bylonicam detrusi, cunctis stupescientibus,  
illæsi, & nec ambusti quidem, egressi sunt.  
Ita quoque ex inferioribus mundi huius car-  
ceribus, elementorumque camino, non sine  
miraculo, divina similiter hic cooperante  
potentia innumeri mortui exhibunt, ut coram  
iudice se fstant.

Exod. 17.

Moyses virga petram Sinaiticam percutiens, magno totius populi stupore, eadem aquam elicuit: quod prodigium David Prophetæ diu post ruminans dixit: *Qui conuerterit petram in stagna, & rupem in fontes aquarum: Non secus est, summo illo Deo potentia sua virga ferales illas sepulchrorum petras solumento tangente, infinita eisdem corpora, præter omnium Philosophorum opinionem & commune eorum placitum, { A priuia ione ad habitum non datur regressus, } & vulgi iudicium, (quod ait: Putas ne mortuus horus us vivat:) egreditur. Hoc ipsum tu olim à Iob confessus es, Et rufum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum salutarem meum. & post te Euangelista. Congregabuntur ante eum omnes gentes.*

Job 14.

uione ad habitum non datur regressus, & vul-  
gi iudicium, (quod ait: Putasne mortuus homo  
rusus vivat:) egredientur. Hoc ipsius o-  
lim ò lob confessus es, Et rursum circumdabor  
pelle mea, *Quia in carne mea videbo Deum salua-*  
*to rem meum, & post te Euangeliista. Congrega-*  
*hunc ante eum omnes gentes.*

Math. 25

Vere omnes Cui sententia Isaiae etiam ad-  
Ripulatur, Visitabo super orbis mala, & contra  
impios iniquitatem eorum: non autem super mala  
Iudæorum, gentilium, Christianorum, sed  
in genere, super orbis mala: quæ Paraphrastes  
Chaldaeus ita interpretatur, super habitatorum  
urbu mala. Vnde apparet, omnes omnino  
homines hic apparituros, ut de nefaric vel

178. 13.

Vere omnes Cui sententia Isaiae etiam ad-  
cipulatur, Visitabo super orbis mala, & contra  
impios iniquitatem eorum: non autem super mala  
Iudæorum, gentilium, Christianorum, sed  
in genere, super orbem mala: quæ Paraphrastes  
Chaldaeus ita interpretatur, super habitatorum  
urbu mala. Vnde appetet, omnes omnino  
homines hic apparituros, ut de nefaric vel

bene actis mercedem recipient. Omnia quoque hic delicta disquiruntur, & rigidissime iudicantur: hic habebitur quæstio de Antiochcho Epiphane & Eupatore, qui variis Iudæo-Zealotis gentem modis affixere: hic punietur *ibid.* fastus & arrogancia Iuliani Apostata, qui Baron primus à morte Pertinacis auro sibi & largitionibus ad Imperium viam struxit: hic redargueret intolerabilis illa Ioannis Constantinopolitani Patriarchæ superbia & ambition, qui primus schismatis, quo Græci etiamnum infecti sunt, auctor exstitit, ac primus sibi Vniuersal & Occumenici nomen, soli Rom. Pontifici diuina concessione debatum, usurpare ausus fuit. Atque hoc est quod Propheta ait: *Super orbis mala.*

Certo namque certius est, omnes ad iudicium venturos, mutuos omnes vnicomo-  
mento resurrecturos: vix enim iudicium fuerit indictum, quin omnes mox beatorum ani-  
mæ cælo descensuræ sint, damnatorum vero inferno egressuræ, suis ut corporibus rufum coniungantur, quorum cineres & pul-  
ueres hinc inde sparsi Angelorum ministerio in unum coacerubuntur: illæ quidem ut  
corporibus suis cœlestem gloriam communi-  
cent, quæ olim ærumnarum pœnarumque  
socia exstitere: haec vero, ut infesta ac misera corpora secum ad inferna rapiant, quo-  
niam illa in peccando auxiliata sunt. Hæc  
porto inter vtræq; erit differentia, quod hæc  
quidem deformia, foeda, visuque horrenda  
& monstrosa futura sint, electorum vero  
pulchra, agilitate, subtilitate, splendore &  
impossibilitate dotata. Innuere id videtur  
Apostolus dicens: *Canene tuba mortuiores sur- 1.C  
gent incorrupti.* Quod figuris aliquot notias  
faciam.

Esther, quæ tenuiter apud Mardochæum educata erat, cum in Assueri potentissimi regis coniugem adoptata esset, ita disponente sorte & superis, haud ingratia in benefactorem exstitit, sed suæ fœlicitatis participem reddit: siquidem eum morti, ad quam cum viuero Iudæorum populo Amani inuidia condemnatus erat, eripuit, purpura & coco vestiuit, & secundum à Rege

Rege in aula Persarum fecit: adeo ut qui vili prius membra lacco & cilicio cooperuerat, auro & murice regio induitus fuerit. Quam præclara sub hacce figura latitant mysteria! Per coniugem hanc regiam, intelligamus animam, quæ à primo creationis suæ tempore, in miseri huius corpusculi velut pauperis Mardochæi tugurio ac familia educata, cœlestem deinde gratiam adepta, & ad gloriam coronam erecta, ne ingratam se erga nutriri suum (corpus inquam suum, quod rotolim pœnis, ærumnis, austerritatibus, mortificationibus, pœnitentisque ipsa affixit) exhibeat, melioris id fortis suæ particeps redder: ideoque vitam ei immortalitate & impassibilitate datam, conservabit, regioque id schemeate iuduer, cum vestibus gloriae, claritate inquam, subtilitate, incorruptione que, ipsum circumdabit: adeo ut quod vili prius & lacero lacco in sepulchro induitum fuit, auro & geramis renitens, regificoque habitu amictum, resuscitandum sit. Ecce & aliam.

Lxx. 17. David quamdiu patris greges custodiebat, & Goliadas ei expugnandus restabat, pastorito & vili habitu iadatus fuit; sed postquam ex agro in urbem commigravit, victoriæque aduersus Goliadam obtinuisset, & regalibus vestibus ipsius scilicet saulis paludamento circumdatuſ fuit. Docemur hic, quamdiu miserum hocce corpus in vitæ huius agri comoratur, suoſque greges, id est, seniſ & facultates aliasque potentias propemodum brutales pascit, & ingens mūdi gigas adhuc restat debellandus; plebeio amictu, scilicet mortali, morbis obnoxio, passibili & corruptibili, induitum esse, & à mendico & inop parum aut nihil differere: sed nouis, mox ut rusticitatem exuir, deque inimicis victoriæ retulit, exuuiſ rutilatum, splendidum & nitidum futurum, & ad instar regis alicuius induendum. Ita id namque prædictis Psaltæ, *Concedisti saccum meum & circumdedisti me laetitia.* Id est, scio Domine, in magno illo resurrectionis die è lacero hoc & vili corpusculo, aliud te nouum patraturum indumentum; vt, scilicet, vilibus, quibus modo circumdatur est pauculus,

*Tom. 4. Bess. Aduent.*

abieciſ, pretioso habitu & regio ſchemate refulgeat.

Sed quid: ad alteram iam orationis partem deueneram, & ignorabam: ipſe ſcilicet veſtimentorum fulgor & nouitas extra me tam me abripuerat.

Dico igitur, vt & prius pluribus dixi, ſupremo illo & vere metuendo die, omnes omnino homines coram ſummo tribunali apparituros: ſtabilit hancce meam ſententiam certissimam calculo ſuo Paulus, *Omnes, inquit, ſtabimus ante tribunal Christi, vt & alibi, Omnes nos manuſtari oportet ante tribunal Christi;* & quia nemo excipitur, aut ex-  
*Rom. 14.* cufationem poterit praetexere, dixit oportet; ait etiam *nos*, quia omnes in persona illuc comparebimus, nec procriptionem illius mittere poterit, aut negotia afferre ob quæ excufetur. *Omnes denique quoniam tam reges & Imperatores, quam plebeii & ignobiles hic citabuntur.* Sed nō eadem omnium erit facies & habitus; peccatores enim apparebunt terri, deformes, & horridi, puluerenti; electi ē contrario, rutilantes, aitidi, ſplendidi, atque instar ſiderum ſolifqueriantes: O dignum notatu diſcrimen quod egregiis iam conceptibus decorabo.

M. 19. Rebecca filia Batuel, neptis Nachor (qui fuit frater Abrahæ) vxor Iacob, geminos eodem partu effudit, Iacob & Esau, ſed moribus inter ſe diſsimillimos; hic namque in ſtar viſi piloſus erat & horridus; ille vero leuis & mollicellus. Ita quoque ex eadem valle, velut utero, magno illo iudicii die, duo fratres uterini egredientur, iustus nimirum & peccator, ſed qualitatibus inter ſe penitus differentes: erit ille pulcher & delicatus; hic vere deformis & horridus. Huc quoque facere videntur ea quæ Psalmographus initio Psalmorum ſcripit, *Non ſic impi, non ſic;* *Pſal. 1.* *ideo non reſurgent impi in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum:* id eft, cum glorioſis & ſplendidis iuſtorum corporibus, ecce & alium.

Eadem fornace egrediuntur prunæ ardentes, & carbones atri. Ita ex ardente diuinorum iudiciorum fornace corporea iuſtorum velut ſcintillæ viuæ (*tamquam ſcintilla Sap. 3.*)

*In arundineto discurrente,) egressientur, & simul impiorum, qui sunt veluti carbones mortui (sicut carbones ad prunas, ait sapiens.) Sed multo id apertius Ieremias insuit in Threnis, *Den grata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in platea: adhesit curia eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum.**

*Qm. 41.*

Vidit olim Pharaon uno in prato septemboues pingues, obesos, torosos, & bene compactos, alios item septem deformes, & macilentos, qui vix praetereat ossibus hucabant. Scio Josephum somniorum interpretarem de septem fertilitatis annis, & totidem sterilitatis, qui Egyptiisiminebant, id exposuisse. Sed quid si posset hoc (vt scriptura fecunda est & circumdata varietate) ad nostrum propositum detorqueri? scilicet eadem valle Iosaphat, quæ velut piatum futura est, egressura, non quidem septem, sed infinita (isa namque septenus numerus in sacris litteris saepe capitur). corpora macilenta, deformia, hispida, horrida, inculta, qualia futura sunt impiorum, & totidem nitida, pulchra, pinguis & visu iucunda, id est iustorum, & ad aeternam gloriam destinatum.

Ecquod tunc erit iustis gaudium, Auditores, ecquæ letitia ac iubilus, quando splendida illa anima, diuinis donibus insignita corpus iterum redamabit? Quæ signa eder exultationis? quibus eam verbis corpus allocurant putamus? his credo. vel similibus. Huc accede o ter beatum corpus, accede carissima & indiuia socia, intra in gaudium Domini tui, mecum esto haeres coelestis gloria & beatitudinis, & particeps gaudiorum exultationisque, ut & dolorum fuisti, Una patiens, unaque gloriam suscipiens cum collega corpore, ait apud Oecumenium in Comment. Methodius. Sed quonam gaudio perfundentur, quantam dulcedinem intrinsecus corpora sentient, quando fibi sepulchris egradientibus adstare videbunt Angelos, qui magno amoris & benevolentiae signo se amplectentur & stringent, atque his vel similius verbis alloqueantur? Venite electi venite

benedicti, venite cœli & cœlitum delicia, venite, quoniam ita æquum est, venite & audite sententiam quam pro vobis iudex noster hodie pronuntiabit.

Nunquamne vobiscum perpendistis gaudium illud Patriarchæ Ioseph, quo perfutus est, quando duobus annis in carcere Ægyptio transactis, eodem eductus purpura induitus est, coram Pharaone in gloria stetit, & totius Ægypti Dominus est constitutus? Porro ipsa beatorum lætitia exultatio que longe, mihi credite, maior erit; quando nimis ab Angelis è terra visceribus, in quibus tanto tempore laetarunt, educti, gloria habitu circumdabuntur, ante Deum apparebunt vi principes, & in regno coelesti aeterna beatitudine perfundentur. Posside. *Matth. 25.* paratum nobis regnum à constitutione mundi.

B contra vero quantum erit impiorum tormentum, quis dolor & cruciatus, quando infelices illæ animæ corpus repetere coacte lamentabuntur & ingemiscant? Eheu maledicta, inquiet, corpora, maledicta dies, quæ esse cœpimus: propter vos æternis, cheumodo supplicii addicimur. Sis igitur particeps poenarum & cruciatuum perfida cato, quæ scelerum & peccatorum socia, & ministra exististi. Toties, o maledicta lingua, proximi tui famam denigrasti: toties, o infelices oculi, volupratum meorum proxenæ lasciuo intueri fuisti: hinc igitur modo supplicia, impudicitiae vestra mercedem accipite. Quomodo vero metuent & tremunt; quomodo astubant, quando latrati imminentes videbunt satellites illos infernales, tortores illos immanissimos? Nullum liquidè tunc iis aliud supererit solamen, quæ lamentari, & orare ut à montibus obrui possint. Tunc incipient discere montibus, *Cadite super nos: & collibus: Operite nos:*

At soli iusti hic exultabunt & plaudent *(latabitur iustus cum viderit vindictam)* misericordie hic rerum fieri conuersio. nam quæcipios hic diudicarunt & examinarunt, nudipedes fuere, aspero membra cilicio dormere; tunc gemmis & auro rutilabunt: qui vero in purpura & bysso superbierunt, ge-

*nō & ventri indulserunt, molli in pluma dormierunt; laceri tunc & pannosi, itaque pauperiores, & maxime infames erunt. Quod ex Job. 14. verbis illis Job elicit: *Cunctis diebus nunc militio, expecto donec veniat immutatio mea.* Id est, scio vitam hanc Domine in aliam commutandam; scio etiam eos, qui hoc in mundo sericum, byssum, coccum induiti Reges imitantur, in altero nudos, inopes ac velut mendicos fore: qui vero hic miselli videntur, miseriis & ærumnis oppressi gemunt, in cordibus mundi huius iacent, in altero instar Principum futuros. At, quod me in hisce meis calamitatibus & ærumnis confortatur, est, quod sperem eas in meliorem latioremque aliquando fortunam commutandas.*

Noli, quasi de te solo loquens, dicere *Job, immutatio mea;* sed dic: *immutationes nostra.* Erit enim renouatio quædam vniuersalis & metamorphosis toti adeo orbi communis, cum omnes coram iudice hoc gentes congregandæ sint. Quanta, Deus bone, hic tunc hominum turba ac multitudo colligetur; illuc omnes mundi nobiles, Ecclesiastici, & mechanici conuenient! Erit tunc quoque vniuersi orbis descriptio, non quidam sub Augusto Cœsare, sed sub regum Reges Christo. Sed quoniam in loco omnis hæc multitudo congregabitur, quoniam in angulo, quo mundi cardine concilium illud generale perageretur?

V.  
Quoin  
locoindi-  
cum fu-  
ritur sit.  
lub. 3.  
Adu. 1.

Prophetæ id aperte dixisse visi sunt. Ioël enim, qui sub initio principatus Manassæ floruit, & Ierusalem à Babyloniis diripiendam præuidit, aperte demonstrat, haud procul ab urbe Ierosolymitana, iuxta montem Oliueti, congregationem hanc gentium fore; *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat,* & disceptabo cum eis ibi. Eundem etiam locum Apostolis designant Angelii, ut in Actis legimus, cum dixerit: *Hic IESVS, qui assumpius est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum eundem in cælum.* Constat autem Christum è monte Oliueti cœlos petuisse haud procul à valle Iosaphat, (quæ vox Hebraice sonat iudicium,) sequitur itaque, eodem illum lo-

co ad iudicandum venturum. Cui opinio- ni suffragatur 8. Hieronymus in tertium Io- elis caput commentatus; nec non Chryso- Serm. de s- stomus, cuius hæc sunt verba: *Vallis est qua pœnit. to. 5. sicutur Iosaphat, in qua iudex cœlestis populus discutitur, & omnes gentes examinant. S. Thomas In 4. senten. vero aperte id è Scripturis diuinis putat diff. 48 q. r. posse colligi, & imprimis è verbis illis An. art. 4. geli superioris recensitis, Actorum r. è quibus probatur, CHRISTVM haud procul a mō- te Oliueti ad iudicandum descendetur, quemadmodum & illinc ad cœlos in gloria triumphator ascendit. Deinde è verbis Psal- mistæ: *Deus autem Rex noster operatus est sa- Psal. 73. luem in medio terra,* id est Ierosolymæ; quæ iuxta Iosephum, libro 3. de bello Iudaico, cap. 3. Hieronymum in 5. caput Ezechielis; Hilarium can. 35. in Matth. Cyriillum Hi- erosolymitanum Catech. 13. & venerabilem Bedam, de locis Sanctis cap. 3. aliosque ma- gni nominis autores, in meditullio orbis sita est. Atqui vniuersalis adeoque omnium salus in extremo illo iudicio fieri; ergo iudi- cium in mundi medio, circa Ierosolymam, in valle Iosaphat peragetur. Porro nemo sa- ni iudicij dixerit, hoc de primo Christi ad- ventu debere intelligi; vbi enim Vulgata ver- tit, *operatus est salutem.* Hebræa habent, *te- scubor, id est, salutes;* de secundo Domini ad- ventu id intelligendum esse, manifestum fiat, in quo cum de corporis, tum de animæ salu- te agetur.*

Deinde, præterquam quod sacris id testi- moniis proberetur, rationibus id etiam vari- is cuinci potest, nimirum quod locus ille huic rei maxime quadret. Primo, quia val- lis hæc in medio terræ est, & eiusdem quo- dammodo centrum. Quandoquidem igit- tur misericordia iudicium in centro terræ factum est, iuxta Psalmistam: *Rex autem no- Psal. 73. ßer ante facula operatus est salutem in medio terra;* æquissimum quoque erit, vrin eodem & iustitia iudicium peragatur. Secundo, ait Matthæus, iudicem hunc Angelos emis- surum, qui à quatuor mundi plagis electos congregaturi sunt: *Et mittet Angelos suos cum Matth. 24. tuba & voce magna;* & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum us- que ad terminos eorum: facillima porro

S. 2. congreg-

## CONCIO QVINTA

140

congregatio ex angulis & extremis tabibus ad medium fieri solet. *A*equum est igitur & ratione maxime consentaneum, iudicium ut in mundi medio instituatur. Tertio, Domini gloria & triumphus quo maior sit, par videtur & *A*equum, illo in loco ab eo homines iudicari, in quo ipse ab hominibus olim iudicatus & condemnatus fuit. Et sane maior, mea quidem opinione, magno alicui principi, summa cum infamia regno a suis exacto honor videtur, in illud ipsum regnum denuo magna cum gloria restitui; quam aliud hereditario iure, aut dono a quoquam accipere. Ita quoque ratione consentaneum videtur, Christum, qui natura totius vniuersi Rex est, cum Ierosolyma, quæ regni eius metropolis est, & optimo ad eum iure spectat, expulsus sit, eodem reuerti, inque pristinum regnum summo cum honore & gloria, vnde electus olim fuerat, restitui. Porro in medio mundi condemnatus, in crucem actus, & regno priuatus fuit; quamobrem necesse est, ut ibidem velut iudex & rex gloriosus apparet.

Quarto, videtur vallis haec a longo iam tempore cœlitus destinata, in qua iudicium illud vniuersale institueretur, velut locus Deo ad inimicos, id est, peccatores redarguendos, castigandos, & confundendos accommodatissimus. Loca namque in quibus mortem & passionem pertulit, veniet, atque iis aquibus olim condemnatus fuit, loca demonstrabit, velut noua quædam Capitolia, in quibus strenuus ille Manlius pro eorum salute tot discrimina adiit? His igitur improperiis optime vallis haec losaphat conueniet, in qua omnes gentes ante ipsum congregabuntur.

fudi, & iliadem malorum cruciatuumque perpeſus sum: o in properia intolerabili!

Refert Plutarchus Manlium virum generosum, & victoris plurimis nobilem, sed ob Camillus nescio quod facias in Rem publicam admissum morti adiudicatum, cum ad supplicij locum traheretur, atque eminus faxum Tarpeium & Capitolium conspiceret, è quo Gallos Senones olim depulerat, vitamque discimini exposuerat, iudicibus id monstrasse, atque ita eorum ingratitudinem reprehendisse, sive in Rem publicam collata beneficia exaggerasse, vt eum supplicio addicere ausi non fuerint, sed indemne dimiserint. Hoc quidem apud Ethnicos, sed quænam erit illa infamia & confusio, quando iudex ira iustissima incensus, summa cum maiestate, omnibus comitantibus Angelis, ad locum, in quo olim mortem & passionem pertulit, veniet, atque iis aquibus olim condemnatus fuit, loca demonstrabit, velut noua quædam Capitolia, in quibus strenuus ille Manlius pro eorum salute tot discrimina adiit? His igitur improperiis optime vallis haec losaphat conueniet, in qua omnes gentes ante ipsum congregabuntur.

Quid? omnesne hic congregabuntur? Quomodo hoccine fieri potest? vallisne haec tot myriades hominum caput? Qui hoc fiet? Vtne homines ne tende o humana curiositas, hocque indagare noli. Quomodo credas, tot animalium valle co genera diluuij tempore in Arca Noë potuisse silent, contineri? Adhac, qui fieri posse putas, vt tot damnatorum corpora post iudicium in inferni angustiis coarctentur, in quibus tam extreme & in ultimis etiam pedum manuumque articulis excruciantur, atque acerrimum ignem sentient? Hic autem vos scire velim, vt obiter dicam, in generali hac hominum congregatione, electorum ac beatorum corpora, proper singularē agilitatem aliasque dotes supernaturales, quibus dotata erunt, in aere volatura, arque ad instar aquilarum in altum se libratura. Est hoc Apostoli iudicium: *De 1.Thes 4 inde nos qui vivimus, qui relinquimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obniam Christo in*

*in aera.* Damnatorum vero forsitan Deus infinita sua virtute ita coangustabit, ut nullum horum occupent; vel erit illic forsitan corporum in se inuicem penetratio: itaque ante eum congregabuntur omnes gentes.

Eritne igitur iudicium hoc vniuersale: omnesne ante tribunal hoc comparebunt? quid Angeli hic opus habent iudicari? Quid a longo iam tempore damnati, & diaboli hoc agent iudicio? Quid ni? Scriptura falli nequit, dicens: *omnes congregabuntur;* Angeli quidem, ut accidentalem quandam mercedem, idque propter sollicitudinem & curam, quam in hominibus seruandis habuere, recipiant: diaboli autem, ut noua quedam supplicia, propter infinitarum animarum ruinam, quas præstigiis & temptationibus suis ad inferos traxere, sustineant. Testem hic habeo Paulum, *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* id est dæmones. Damnati hic quoque iudicabuntur, non quod eorum scelerata dicuuntur, sed ex denuo examinanda & discutienda sint, nam, *qui non credit, iam indicatus est;* sed quod hic condemnandi sint, eo modo quo iij, qui Reipublicæ interitum moliuntur, & aduersus eandem conspirant, qui prius ad necem rapiuntur, quam eorum causa ad iudicium veniat subsellia. Atque ita dicendum, omnes omnino homines ante iudicem hunc comparituros.

Porro egregiam iudicandorum distinctiōnem ponit Magister Sententiarum, quam ex Sancto Gregorio hauist: *Alij, inquit, iudicantur, & pereunt, alijs non iudicantur, & pereunt, alijs iudicantur, & regnant, alijs non iudicantur, & regnant;* quod repetit & Richardus de Sancto victore, sed aliis verbis: *Sciendum est autem, quod quatuor sunt genera hominum, iudicati & damnati, iudicandi & damnandi; iudicati & saluati, iudicandi & salvandi.*

*VI.* Num par. Quid vero dicemus de paruulis, qui non nati in verbo materno suffocati sunt, quid de iis qui sine circuclione in Lege Mosaica, aut sine baptismo in lege Euangelica mortui sunt? intereruntne omnes iudicio huic? an data sententia condemnabuntur?

Perplexa hæc quæstio est, de qua plures merito, variis allatis rationibus, dubitant, eamque in controvèrsiam vocant.

Prima dubitandi ratio hæc est. Scriptura cum de iudicandis agit, non nisi bifariam eos distinguit, aliquos scilicet à dextris collocat, quos per agnos designat; aliquos vero à sinistris, quos per hædos denotat. Paruuli autem neutrīs horum annumerari debent, nec cum illis ad dexteram collocari, cum diuinam maiestatem propter originis noxiam, cuius rei sunt, intueri non mereantur: multo vero minus cum his ad sinistram, cum nullum crimen actualē commiserint, ac proinde ab omni sensibili poena immunes sint.

Secunda. Neutra quoque sententia, quam Iudicem tunc daturum Scriptura tradit, in eisdem quadrare poterit: neque enim damnari poterunt, quod opera misericordie, ut damnati facere neglexerint; nec etiam mercedem propter eadem, ut cœlesti, recipere: quippe qui numquam vixerint, vel si vixerint, ad æternum non pervenerint, in qua eadem exercere potuissent. Non sunt tamen plures quam duæ sententiæ, & neutra harum in eos quadrat: ergo iudicio huic vniuersali in quo de admisis crimibus, virtutibusq; omisssis disceptabitur, non intererunt. Ecce & aliam.

Daniel Propheta cum de iudicio & resurrectione mortuorum ageret, scribit plurimos qui modo in sepulchris dormiunt in fungo illo die resuscitando, hos quidem ut vitam æternam ingrediantur, illos vero ut in quibus semper tñs addicantur; *Multi de his Dan. 12: qui dormiunt, euigilabunt, alijs in vitam æternam, alijs in opprobrium.* Et quoniam dicit multos, & non omnes, credibile est aliquos non resuscitando, nec ad gloriam, nec ad supplicium: at inter hos quosnam numerare melius possemus quam parulos? Deinde, innocui illi paruuli cœlestis gloria participes esse nequeunt, quia baptismo carent, nec ad infernalia supplicia detrudi, ut pœnam sensibilem patiantur, quæ non nisi ob crimina actualia infligitur. Cum igitur iudicium non nisi de cœlesti gloria beandis, aut infernum aditus habendum sit, sequitur

S. 33 tur

## CONCIO QVINTA

142  
tur parulos in hoc iudicio diiudicandos non esse.

Parulos mortuos sine baptismo verisimile est resurrecturos.

*Apoc. 20.*

*Matth. 25.*

*Rom. 5.*

Rationes haec validæ quidem & firmæ videntur; credibilius tamen est eos cum cæteris resurrecturos, & non secus ac cæteros iudicandos. In hoc inclinare videtur Scriptura; Ioannes enim in Apocalypsi de iudicio loquens ait: *Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni.* Per pusillos hos quid vetat intelligere parulos in vête matris extinctos? Legitur adhac in Evangelio: *Congregabuntur ante eum omnes gentes;* nam si aliqui iudicio huic non interessent, frustra omnes hic legeremus. Eiusdem opinionis est & D. Thomas, duabus potissimum nixus rationibus, iisque irrefragabilibus, quarum haec prima est. Ad hoc generalis omnium resurrectio necessaria videtur, ut qui resurgunt, mercedem, aut pœnam iuxta merita, vel demerita recipient, at omnibus in genere debetur merces, aut supplicium, tum ob merita, vel demerita propria, tum aliorum; inter quos numerare etiam possumus parulos, qui debita patris sui Adam nondum penitus persoluta persoluere cum cæteris etiam tenentur. Necesse est itaque eos una cum cæteris resurrecturos, & coram iudice apparituros, ut ab eo sententiam condemnationis recipient.

Alteram hanc statuit. Gratia Iesu Christi infinitis partibus maior est atque efficacior ipso peccato Adami, ut Paulus ad Romanos pluribus indicat: arqui peccatum patris Adæ ianuam morti aperuit, quæ exinde in omnes pertransiit: Christi vero meritum resurgentis initium dedit. Necesse est igitur, omnes à morte ad vitam resurgere, & iudicio huic interesse, ut ita Christi meritum omnibus resurrectionis gratiam clariatur, quemadmodum primi parentis & peccatoris delictū omnibus mortem & damnationem attulit. Sequitur hinc igitur, parulos ad iudicium venturos, & Euangelistam verum dixisse dicendo: *Congregabuntur ante eum omnes gentes.*

Quis erit tunc dolor miserorum illorum parentum, patrum, inquam, ac matrum, qui procuratio infantium abortu, vel nimia sua

negligentia, eos, non accepto baptismi aduersus originale peccatum remedio, extinguiri pauci, in causa fuere, cur in æternum diuinæ maiestatis conspectu priuentur? Tuac nimirum sortem suam deplorabunt, tunc errore sero licet agnoscant. An non graue fuit Ezechias Regi audire, filios in captiuitatem Babylonicam trahendos, & inter regios Eunuchos connumerandos? sed major profecto patetum horum crux erit, cum, non dico audient, sed oculis suis coram videbunt, liberos in æternum Dei consortio priuandos, & instar Eunuchorum & mancipiorum in sempiternum, in aula Ditis, qui verus Babylonis, id est, confusioneis Rex est, habitatueros? Neque enim dicere poterunt, ut Job olim amissis liberis: *Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum;* nec ad imitationem Davidis mortuo parulo è Bersabee nato, faccis & cineribus sese cooperierent; sepiusque diebus plorabunt, sed luctus erit perpetuus, nulloque vniquam ævo terminandus, quod sciant nulla se illis ratione possit succurrere. Vere igitur vos infelices ô innocui! ac plurimis fors vestra lachrymis deploranda est. Concludemus igitur, vos hic una cum cæteris hominibus apparituros, & verissimam Euangelistæ sententiam esse: *Congregabuntur ante eum omnes gentes.*

*lob. 10.  
Reg. 11.  
Matt. 25.*

Sed iam frena orationis contrahenda finisque dicendi faciendus. Recordamini igitur, Auditores, nouissima vestra, recordamini, inquam, omnes coram iudice hoc comparituros, iudice severissimo, strictissimo, qui delicta etiam vel minima discutiet, & à nemine datis muneribus corrumphi poterit. Cogitate, necesse esse, vel ad dextram, vel ad sinistram collocari, inter electos, vel reprobos constitui, salutis æternæ, vel damnationis interminabilis sententiam audire; quam si assidue mente cogitationeque pertractaueritis, facile vos à peccando continebitis.

Tu vero universalis ac summe hominum, Angelorum, ac dæmonium iudex, nouissimum memoriam, ac iudicij huius rigorem animæ nostræ laminæ profundissime insculpe. Deinde praesta, ut, quando ad iudicium veneris,

veneris, & generalem hunc conuentum celebraris, ab hœdis sequestrati, in dextra parte confistere mereamur: utque corpora hæc nostra sepulchris egressa; pelle propria conuestita, ossibus compacta, animaque denuo subintrante redanimata sint, vt ipse olim promisisti, instar solis rutilantia, instar stellatarum rerumque cœlestium incorruptibilia, denique gloriae cœlestis gaudioque participent, vt olim dolorum & ærumnarum participarunt; & quoniam, ô Iudex maxime tremende, summaq; maiestatis, omnes in valle Iosaphat, loco ad iudicium hoc peragendum peridoneo, comparere necesse est; nobis hoc, obsecro, bene cedar, vt, postquam latram pro nobis sententiam tuleris, in vitam æternam, qua ultima & summa felicitas est, ingredi valeamus; cuius nos compotes reddat, qui viuit & regnat, in sæculorum læacula, Deus. Amen.

## F E R I A S E X T A .

D E EXAMINE Q V O D I N I U D I C I O  
iii die instituetur.

## Partitio.

- I. De memoria præteriorum & futurorum usurpanda.
- II. De persona iudicii.
- III. De horrendo rigore iudicij.
- IV. Delibria aperiendie.
- V. De examine iudicis.
- VI. De peccati nudandia.

Memorare nouissima tua, & præsternit  
seuerum examen quod in iudicio habebi-  
tur, & in æternum non peccabis.  
Ecclesiast. 7.

## F I G V R A .

Matt. 25.  
Dlues quidam paters familias, relicta do-  
mesticis omnium rerum & facultatum  
administratione, thesauroque iis ad negoti-  
andum, interea dum abesset concredito; ab-  
iit in regionem longinquā, procul à domo &  
patria. Post longum deinde temporis spatiū  
recessus, vocauit ad se seruos, rationemque

ab iis traditæ pecuniaæ postulauit: singulorū vero rationibus diligenter examinatis, quos fideles & industrios in negotiando reperit, præmiis amplissimis affectos & laudibus; a se dimisit: quos autem rerum suarum negligentes & socordes nihil fecisse lucri comperit, acriter correptos crudelibus & æternis suppliciis addixit. Veritas parabolæ huius visceribus conclusa, hæc est: Dominum scilicet nostrum Iesum Christum, hominem illum patrem familias, opulentum vt qui maxime, in die ascensionis ad celos, è mundi huius domo exiisse, vt in longinquam regionem secederet: in qua cum iam propemodū milles excentis annis hæserit, relictis interea nobis qui natura eius serui & subditi sumus, gratiarum suarum thesauris, sanguine inquam pretioso; cruce, meritis: tandem aliquando, cum tempus superna dispensatione præfinitum aduenerit, reuersurum vt rationem nobiscum ponat: &, quos tunc reperebit, concreditis talentis bene & debite vlos-  
esse, æternam illis beatitudinem in mercede & compensationem collaturum: quos vero inuenierit datam gratiā male impendiſſe, acriter castigaturum, perpetuoque incendio mancipaturum. Et paucis vt complectar, delincatum hic & rudi quadam Minerua adumbratum videmus examen illud, quod in extremo iudicio Iudex ille viuenter-falis instituet; examen illud nouum, inauditum, strictissimum, in quo vixisti ad obiecta poterunt respondere. Ipsum porro latius deducturus sum præsentis horæ spatio, si solitum S. Spiritus auxilium, Mariaque aduocata nostra patrocinium non denegent. Angelicam idcirco omnes salutationem repetamus.

## A V E M A R I A :

Docuit olim Pythagoras, duorum potissimum temporum homini rationem habendam, temporis nimirum matutini, quo temporū quid toto die agendum sit prospicere oportet; tum vespertini, quod quid codem actū suscit Pythagoras, ad examen & trutinam reuocandum est. Idem ut faceremus monuit nos hisce verbis. Li. 3. de inop. Seneca: Animus quotidie ad rationem reddendum.